Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Buda vrbs hungarie clariſſima regum ſedes: in littore danubij ſita: hungaria enim vltra ⁊ citra danubiū latiſſimas terras occupat: quod citra danubiū eſt: olim pannonia fuit. que ab oriente meſiam ab occidente noricum habuit. ſeptētrionē ei danubius. auſtrum illirici montes excepere: que transdanubiū hungaria iacet: pars ſcythie prius erat: duaſqꝫ gentes habuit gepidas qui contermini germanis fuerunt ⁊ dacos. nō qui nunc daci vocant̄: quoꝝ rex ad occeanū germanicū: inter ſuetiam ⁊ ſaxoniam latiſſimo regno: ſed paluſtri potit̄. nam hij dani melius appellant̄: ſed qui ea loca tenuerunt: que nunc tranſſiluani occupant vicina walachis in corone ſpeciē montibus cincta. In hac parte vngarie que gepidarū fuit adhuc territoriū eſt quod ſepuſiū appellāt: pro gepudio. Hungaria aūt terra ferax: vbi aque riuus habet̄ in quo merſa ferri materia: in cuprū vertit̄. gleba illic frumenti fructifera. auri ⁊ argenti diuites vene: aer ſalubris: terra opimis cōparanda. niſi ſua ſe vbertate corrumperet. Cum vero huni in ſcythia multiplicati eſſent: in vnū congregati: cōſtituentes capitaneos: occidētales regiones ingreſſi: beſſos ⁊ cumanos albos: inde ruthenos: terrāqꝫ nigroꝝ cumanoꝝ. ⁊ vſqꝫ ad tiſciā flumen teyſch puenere. Matrin⁹ longobardus qui pannoniā gubernabat: primo eos repulit. Tandē pacifica poſſeſſione pānonice regionis potiti ſunt. Anno dn̄i quadringenteſimoprimo Athila qui hungarico ideomate ethele dictus eſt. ⁊ buda fratre eius ſupuiuentib⁹. Athilā in regia dignitate extulerunt. Is in ciuitate ſycambria ſedem elegit. Et ex innata ambitione ceteras regiones moleſtare inſtituēs bledā fratrē ſuum regiminis participem fecit. Et in ſubiectas nationes principē cōſtituit. Interea rex hunoꝝ dum regnū intra pannonias cū fratre bleda vel bu

da gereret. macedoniā miſiā ⁊ achaiā vtraſqꝫ tracias: imaniſſima rabie deuaſtaret. Inde cū ſycambrie demoraret̄. buda frater ei⁹ terminos ſui regiminis trāſegiſſe ac regnū in eius abſentia optaſſe accuſat⁹ eſt. Cūqꝫ ſycambriā in receſſu ſuo vrbem athile vocari pcepit. Buda vo illā a ſuo noīe budawara appellauit. Quāobrem bledā germanū ſuū regniqꝫ conſortē ꝓprijs manibus pemit. Ac in danubiū precipitari fecit. Inde nouo edicto vrbem athile vocari iuſſit. Huni id nō obſeruātes illā budawara vocauerūt. Hungari qꝫ vſqꝫ in hūc diem obuda vocant. Theutoni edictū regis magis formidātes: ciuitatē ob metū etzelpurg id eſt vrbem athile vocauerunt. In ſycambria deinde athila quinqꝫ annis quieuit. Speculatores ad varias regiones ordinās. Poſt proſpera deinde tpa buda primaria hungarie condita: que ex parte montuoſa eſt: ſi vrbis ſitū inſpicias. Cuius loci cōditio ea eſt: vt nec quicqꝫ munitius: nec certe amenius in tota ferme hungaria inueniri poſſit. In ea nōnulla extant religioſoꝝ monaſteria celeberrima. alijſqꝫ publicis priuatiſqꝫ edificijs ornatiſſimis p̄ ceteris in ea regione vrbib⁹ euaſit clariſſima. Ideo regia dignitate inſignita. ⁊ baſilicis menib⁹ ⁊ arce pulcherrima: quā arcem preclarā (ſicuti ⁊ alias arces in tota hungaria: p̄cipue miſcegradiū caſtrū nobile vbi corona regia obſeruat̄ exornauit) ita Mathias de coruinis rex hūgarie miro decore ornauit. Cūctis nūc antiqs monumētis p̄ferendū in qua muri craſſiſſimi: ⁊ aule celeberrime eſſe referunt̄. hanc p̄terfluit hiſter germanicus fluuius: qui deinde ſeptē hoſtijs pontum influit. Septimū tn̄ pigrū ad paluſtri speciē nō habet: qd̄ amni cōparet̄. Priora quatuor ita magna ſunt: vt p lōgitudinem. xl. miliū paſſuū nō miſceant̄ equori: dulcēqꝫ hauſtū incorrupto detineant ſapore.